

Band VII., Nr. 2071, Seite 31

Graf Ulrich von Württemberg überträgt der Judinta, Gattin seines Dienstmanns des Vogts Wolfram von Rems, ein Gut in Uhlbach, das Wolfram von seinem Vater und ihm zu Lehen gehabt hat, zu freiem Eigentum gegen einen jährlichen Zins von 2 Schilling an den Nikolausaltar der Kapelle zu Waiblingen.

Rems, 1269. Mai 25.

Ūl(ricus) dei gratia comes illustris de Wirtenberc universis presentem paginam inspecturis^a et auditoris salutem cum notitia subscriptorum. Noverint universi, quod nos de sano consilio nostrorum consiliariorum predium nostrum in Ūlbach, vineam quandam scilicet et agrum et reditus quorundam denariorum^b, quod Wolframmus advocatus de Remmese¹ ministerialis noster a patre nostro et a nobis titulo feodi tenuit, domine Judinte uxori iam dicti Wolframmi ad possidendum titulo proprietatis libere contulimus hoc modo, ut de eadem possessione singulis annis pro censu dentur duo solidi denariorum super altare sancti Nicolai capelle in Weibelingen, cuius ius patronatus ad nos spectare dinoscitur, et insuper de manu nostra hoc iam dicte Judinte concessimus, ut irrequisitis sive etiam contradicentibus omnibus suis heredibus predictam possessionem libere dare vel vendere possit cuicumque voluerit pro sue arbitrio voluntatis. Huius autem donationis facte a nobis in Castro Remmese anno domini MCCLXVIII., die sancti Urbani, testes sunt, qui presentes fuerunt: Swigerus liber de Blanckenstein, Wolframmus de Bernhusen et Wolframmus filius eiusdem, Johannes de Rumoldeshusen et Dietherus filius suus, Reinherus Flinarius et Cūnradus frater^c suus, Reinherus de Lapide² et Gerhardus frater eiusdem, Albertus Choselarius, Stigo et alii quam plures fide digni. Ne autem huic donationi^d tam legitime a nobis facte a quoquam in posterum ulla possit inferri calumpnia, presentem paginam conscribi voluimus et sigilli nostri munimine roborari.

Der Textabdruck folgt dem Original. Das Pergament der Urkunde ist infolge von Feuchtigkeit brüchig und fleckig.

 Das Siegel ist verloren.

^aDieses Wort ist über der Zeile nachgetragen.

^b*denreriorum*.

^c*frater* ist über der Zeile nachgetragen.

^d*donationi* ist über der Zeile nachgetragen.

¹Neckarrems.

²Stein, nicht sicher zu ermitteln, eventuell Rechtenstein.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 601 U 48

Überlieferung und Textkritik:

Original war ehemals in München. Im Rep. HStA Stuttgart A 418 als fehlend bezeichnet, vgl. Rep. HStA Stuttgart A 335, Vorbemerkung.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Rems

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Bernhausen Wohnplatz (481)
 Bernhausen, Filderstadt, ES
 Dapfen : Gomadingen RT
 Dapfen Wohnplatz (15849)
 Neckarrems Wohnplatz (1199)
 Neckarrems, Remseck am Neckar, LB
 Rechtenstein Wohnplatz (16926)
 Rechtenstein, UL
 Rommelshausen Wohnplatz (1763)
 Rommelshausen, Kernen im Remstal, WN
 Uhlbach Wohnplatz (60)
 Uhlbach, Stuttgart, S
 Waiblingen Wohnplatz (1628)
 Waiblingen, WN